exhi. reis.in princ.dicam plene in c. propoſuiſti.infra de proba. Limita vndecimo, niſi lex requirat dilucidam probationem, ſecundum Abb. & alios hic, per ea quæ dicam in ſequenti apoſt.& de iſta ignorãtia, ſi probari poſſit iuramento, vide Cald.conſi.4.de ſent.excom.& Card.conſi.36.incip.lite in Romana curis pen.& Rotam deci.262. ſi propter negligentiam, & per iſtum conſi.35.inci.facti contingentia in ciuitate Senarum, & per B.Thomam quolibeto.19.Adde tu, ꝙ ignorantia probetur per iuramentum. Ro. conſi.273.& dicunt do. de Rot ꝙ Epiſcopus probat per iuramentum, ignorantiam vacationis beneficii, uide deci.231.

ZACHAR. ¶Adde etiam, ꝙ licet ignorantia ſtatuti poſſit iuramento ꝓbari, ſaluis diſtinctionibus & limitationibus ſupra poſitis, poterit nihilominus contrarium per aduerſarium probari. Ita no. Bar.in l.ſi cui. §.iiſdē. ff.de accu. per glo.in c.eas.in uer.affectata.cum ſim.de temp.ord. lib.6. Ad idem eſt glo.in c.1.in uer.caput.de fri & maleſi.& in c.quod aũt.in uer.ꝓbare.& ibi per Archid.26.q.2. No.Abb.in c.continebatur. de deſpo.impu. & in c.propoſuiſti.& ibi per do.Dec.de prob.Alex.in l.qui bona.§. qui dãni.de dam infec.& conſi.114.incip.in cauſa & lite.col.1.4.uol. Adde gl.in l.1.§.ſi abſens.in uer.iudicio.quam ad hoc ibi no. Pau. de Caſt & Alex. ff. ſi ex noxali cã agatur. Idem no.Dom. poſt Io.And.in c. ſtatutum. §.cũ uero. col.4.ver.ſed an contra iurm.de reſcr.lib.6. Quod tamen non haberet locum, ubi iurm pro plenaria probatione haberetur. de quo per Alexan. cõſil. ſupra allegato 114.ubi plene diſtinguendo, de hoc, illud no.

ANT. FRANC. ¶Et ad hoc, an ignorantia probetur per iuramentum, vide glo.in l.ſi cui.& ibi per Bar.ff.de accu.& habetur per glo.34.q.1.in c.in lectum mariti.& habetur in c.accedens.de cri.falſi.& in c.innotuit.de ele. Et quia dicitur hic, ꝙ contra tale iuramentum poteſt probari contrarium, ſcilicet ſcientia, vide glo.& Bar.in l.5. C. de peri. tuto. ubi ponuntur modi quibus contra iuramentum probatur ſcientia, de quibus etiam per Bar. in d.l ſi cui.§.iiſdem. de accu.Et adde, ꝙ ignorantia probatur eo ipſo, ꝙ non probatur contrarium, ſecundum Barto.in l.ſuper ſeruis. C. de his, qui mili.non poſſ.lib.12.

vna eſt in d.c.propoſuiſti.alia eſt in c. qui & diuinis & humanis.12.q.2.Et pro illis facit c.nulli.de elec.lib.6. & in c. ſi vero.de ſent.excom.Secundo facit, quia ignorantia, vel ſcientia conſiſtit in mente hominis,& ſic facile non poteſt probari per alium. Contrarium huius dicti ſentit Innoc. hic dicens, ꝙ non admittitur quis allegando ignorantiã conſtitutionis, niſi dilucide illam probet. & ſic requirit
a probationem lucidam, [a] vnde non videtur ſufficere iuramentum proprium. Quinimmo tenuit hic dom. Card.nõ ſufficere vnum teſtem cum iuramento iſtius, quia hic non eſt lucida probatio.Facit glo.in c.tam literis.de teſti. Hoc dictum optime procederet, ſi aliquis tex.vteretur hoc verbo lucide: ſed hoc dictum Innoc.non probatur iure. & vide tex.no.in c.1.de poſtu.præla.qui dicit, ꝙ non facile admittitur, qui vult probare ignorantiam: ſed non facile admittitur ille, qui probat per vnum teſtem & iuramentum proprium. vnde dicit do.Ant.ſolum iuramentum non ſufficere, ſed concurrente aliqua probabili cauſa ignorantię poteſt deueniri ad iuramentum, quod ſatis videtur rationabile.Ego dicerem hoc eſſe arbitrarium, ſecundum quãtitatem præiudicii,& qualitatem perſonæ allegantis ignorantiam, & qualitatem ignorantiæ & qualitatem facti, in quo ignorantia pretẽditur. hoc bo.tex. iuncta glo. in c.in-
10 notuit.de elec.& bene facit c. fi.in fi.de iureiu. † No.ex gl. vnum legitimum modum probandi ignorantiam conſtitutionis, ſcilicet probando abſentiam loci, ſed glo. exigit abſentiam a prouincia,& multi damnant hanc glo. reſpectu legis principis, quia eius lex diſtringit vniuerſum, niſi ſecundũ eos probaretur abſentia apud infideles, ad quos lex non extenditur. Sed certe iudicio meo glo.non meretur reprehendi, quia refert ſe ad caſum auth. vt fac.no.cõſti.ſecundum quem conſtitutio non ligat, niſi poſt lapſum duorum menſium currentium a tempore publicationis factæ in prouincia. ergo ſufficit probare abſentiam ab illa prouincia.Idem etiam, vbi conſtitutio diſtringeret tantũ
b diœceſim; quia tunc ſufficit probare abſentiam [b] a diœceſi, vt eſt tex.no.in d.c.fi.& idem dicendum eadem ratione, vbi conſtitutio ſolum diſtringeret ciuitatem, quia tunc
c ſufficit probare abſentiam a ciuitate. [c] & ſic intellige gl.in
11 d.c.propoſuiſti.† Ad vnum no.dictum Archid.aduerte, in c.quod dictis.16.di.ubi dicit, ꝙ ad hoc, vt bannum diſtrin-
d gat ciuitatem oportet, ꝙ vadat per totam ciuitatem, [d] nec illud reprobat dom.Anto. Sed ego dubito, an illud ſit verum, per c.1.de poſtul.præla.quia ſatis eſt, ꝙ conſtitutio ſolenniter publicetur in locis eminentioribus & conſuetis. Nec eſt neceſſe diſcurrere per ſingulos meos, quia hoc eſſet ſingulorum aures inculcare, contra d.c.1.ſed poteſt illud ſaluari reſpectu locorum eminentiorum ciuitatis: & illud dictum ſic limitatum tene menti. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶Lucidam.Idem An.& Imo.hic per glo.in l.ſi.in prin.ff.quod met.cã Archi. & Dom.in c.pia.ſuper uer.apertiſſimis. de excep. in 6.Abb. in c.cum dilectus.in antep.col.ibi, ſed vltimum, vt in exceptione dilatoria probanda. de ord.cogn.& in l.cum de indebito.in ver.legitimis.ff.de probatio.& glo.in l.1.in §.ætas.in uer.legitimis.ff.de excu.tuto.& in c.cupientes.§.quod ſi per 20.in uerſi.facta fide.de elect.in 6.Adde tu, ꝙ opi.Inno.ſequitur Ange.conſi.287.in pen.colum.Et quæ dicatur legitima probatio.vide Alexan. conſi.119.in 3.colum.2.lib.& quæ ſit ratio, quare nõ admittitur probatio ignorantiæ per iuramentum, cum contra illam allegantem ſit uehemens ſuſpicio, vide Rom.conſi.481.

ANT. FRAN. ¶Et an,& quando probatio, quæ ſit per iuramentum, dicatur eſſe probatio legitima liquida, vel clara, & illa dicatur ſufficiens, quando lex vel ſtatutum requirit in aliquo caſu fieri debere probationem, uide plene per Alex.de Imo.in l.licet Imperator. ff. de leg.1. ubi multa dicit ad propoſitum.

b SEB. SAP. ¶Abſentiam.Vide Alex.conſi.31. ponderatis.in 5.vol.

c ¶A ciuitate.Adde, ꝙ idem voluiſſe videtur Spec.in tit.de conſti. dum format libellum & articulos contra non obſeruantes ſtatuta.

d ¶Per totã ciuitatem.Adde Bal.in c.1.in 5.col.in tit.de milite uaſallo, qui contumax eſt. & Dom.in d. c.quod dictis. quod intellige ſecundum Abb. Hoc idem uoluit Imo.per d.c.1.in uerſi.ſolenniter.de poſtu.præla. Mod.alle.ꝑ Abb.& Imo.glo.in uer.publice.de excep.& tex.in l.ſi pupillus.§ pro ſcribere.ff.de inſt.ibi, non in loco remoto, ſed euidenti.& bo.gl. in c.ſi capitulũ. uer.ſi factam.ibi, ſufficit, ꝙ in loco congruo.de conceſ.præb.lib.6.& in terminis de banno, no.Fed.conſi.211.in 1.col.inci.ſuper themate præmiſſo.licet principium illius concilii incipiat, factũ tale eſt. Placet mihi opi. Abb. Imo.& ſequacium per tex.in arg. opti.in l.3.circa prin.ibi, oẽs glebas eius circumambulat, ſed ſufficit quãlibet partem eius fundi introire. ff.de acq. poſſ.Adde tu, ꝙ dicta Arch.& Bal.in iuribus hic allegatis, ſequitur Aret. cõſil.110.ubi pondera tex.in c.cum in tua.q̃ ponderatio facit pro limitatione Abb.hic.& inquantum d.Fel.hic addendo illi q.an incipiens extrahere bladum extra ciuitatẽ, ſi caſu deſiſtat,& fiat ſtatutum, ꝙ nullus extrahat, ſi ille perſeueret, incidat in pœnã: adducit alias qõnes. Adde ẽt tu Alex. conſi.7. 3.lib.ubi conſuluit ſuꝑ ſtatuto Ceſennæ; diſponente, ꝙ nullus extrahat uinum, niſi ſoluat 40.ſolidos pro datio. ſi aliquis tempore primi publicani cœpit extrahere uinum,& ui tempeſtatis in portu fuit impeditus, ita ꝙ ſuperuenit ſecũdus, cui debeat ſolui datium, ſiue uectigal? quo etiam ad 1.q. quis poſſit proclamata facere. uide Alex.conſi.124 4.lib.

SVMMARIVM.

1 *Lex etiam pœnalis recipit interpretationem extenſiuam ex ſimilitudine rationis, vel connexitate negotij.*

2 *Teſtes, quorum vnus dicit, quod poſſeſſio fuit tradita Martino, & alter dicit Petro, reducuntur ad concordiam, ſcilicet quod fuit tradita vni poſt alterum ſucceſſiue.*

3 *Argumentum a ſimili vtrum tollatur, ſi aſſignatur aliqua diſſimilitudo, & quis habet probare diſſimilitudinem.*

4 *Lex, ſtatutum, vel conſuetudo extenduntur ad caſum ſimilem, niſi ille caſus ſimilis decidatur per aliam legem.*

5 *Caſus ſi non reperitur deciſus, recurritur ad ſimilitudinem legis, non autem ad ſimilitudinem ſtatuti, vel conſuetudinis, uide infra de conſue. in c.cum olim.nu.7.ubi videtur contrarium.*

CAP. III.

a TRanslato [a] Quod de vno connexorum ſtatuitur, ad aliud connexum extenditur. vel aliter ſecundum alium intellectum. Poteſtas legem condendi & mutandi eſt penes vicarium Chriſti, & quod de vno connexorum ſtatuitur &c. Primo ponit verba Apoſto. Secundo Auguſtini illa exponentis, ibi, [Quia enim.] Caſus literalis. Quidam Hebræi licet facti Chriſtiani ſeruare volebant legem ad literam, qui dicebant præceptum de ſabbato eſſe ſeruandum, & circumciſionem eſſe ſeruandam, quæ hodie ad literam ſeruari non debet.Hos reprehendit Apoſtolus, dicens, ꝙ poſtquam ſacerdotium eſt delatum ad Chriſtianos, neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat. Augu. ſuper illo loco probat, quod hoc facere non debent, quia lex & ſacerdotium ſimul data fuerunt,& ab eodem. & ideo ſimul deſtruenda, quia quod de uno dicitur connexorum, de altero intelligi neceſſe eſt.Bern. In glo.1.in fi. pone caſum aliter, vt conueniat ti. Fuit quæſitum a Gregorio authore huius compilationis, an conſtitutio, ſeu lex deberet intelligi in propriis terminis tantum, an debeat extendi ad alios caſus. Et Papa reſpondet, quod debet extendi ad connexa & ſimilia. Ad quod probandum inducit authoritatem Apoſtoli, qui ex translatione ſacerdotii intulit per conſequentiam ad tranſlationem legis.Et conſequentia Apoſtoli probat Beatus Augu. in ſecunda parte: quia ſacerdotium & lex erant connexa. Primo, quia ſimul data fuerunt Moyſi. Secundo, quia ambo data fuerũt ab eodẽ, ſcilicet conditore.Tertio, quia ſub eadem ſponſione,& ſic ex quo ſimul fuerunt vnita, diſpoſitum in uno dicit diſpoſitũ in alio. Idem dicendũ in interpretatione cuiuſque legis,

ADDITIO.

a SEB. SAP. ¶Tranſlato.Ad iſtud c.uide unum dictum Compoſt.quod refert Abb.in c.cum M.infra eod.col.6.& uide quod per iſtum tex.conſuluit Lud.Rom.in conſi.218.& uide etiam quod per illum tex. dixit glo. in c.ſi. in 10.diſt.de conceſſ.præb.in 6.& quod dicit d.Abb.in c.conſtitutus. ſuper glo.1.infra tit.prox.